BREVIARIUM BRIXINENSE

Neustift (?), um 1500 Seite 47r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



paruulorum facte sunt plage eorum: et infirma-
te sunt contra eos lingue eorum. Contur-
bati sunt omnes qui videbant eos: et timuit
omnis homo. Et annunciauerunt opera
dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur
iustus in domino et sperabit in eo. et lau-
dabuntur omnes recti corde. Gloria. Ant. A ti-
more inimici eripe domine animam meam. Psalmus Te de-
cet ymnus. Vt infra illius ferie in laud. Ps.
Iubilate deo omnis terra: psalmum
dicite nomini eius date gloriam laudi eius
Dicite deo quam terribilia sunt opera tua
domine: in multitudine virtutis tue men-
cientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret
te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Venite et videte opera dei: terribilis in
consiliis super filios hominum. Qui conuertit
mare in aridam in flumine pertransibunt
pede: ibi letabimur in ipso. Qui dominatur in
virtute sua in eternum oculi eius super gentes
respiciunt: qui exasperant non exaltentur
in semetipsis. Benedicite gentes deo
nostro: et auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam: et non dedit